



Virtutis Solidæ Præcipua Impedimenta, Subsidia, Et Incitamenta

Commentationibus Illustrata, Omnium Usui Aptatis. Quæ Servire Insuper
Poterunt Pro Argumento Concionum: Uti Et Considerationum Tempore
Exercitiorum; præsertim verò pro gemino sacræ collectionis triduo; prout
ex subjectis hunc in finem elenchis patet. [...] Partes Tres

Incitamenta

Bellecius, Aloysius

Ratisbonæ [u.a.], 1755

Ad Lectorem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55553](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55553)



AD
LECTOREM.



OB eandem ratio-
nem, ob quam se-
cundæ parti elen-
chum exercitatio-
num pro sacri tri-
dui secunda die
præmissi, etiam ultimæ huic
parti similem catalogum pro
tertia ejusmodi collectionis
die præfigo; ne nempe Le-
ctor molesto labore ad uni-

(2)

ver-

versalem totius operis indicem recurrere cogatur; præcipuè cum functiones omnes die tertia obeundæ in ultima hac parte contineantur. Cùmque etiam considerationes, pro primo exercitiorum cursu assignatæ, omnes præsentì hoc volumine comprehendantur, earum quoque ordinem, ut legentium commoditati consulerem, seorsum hac apponendum censeo.

Cæterum si ullibi, certè tertia hac parte, utpote cujus commentationes aliis nonnihil longiores sunt, observandum erit id, quod aliàs jam monui, ut scilicet strictim illæ solum materiæ assumantur perpendendæ, quæ pro quavis pii ejusmodi

di

di secessus exercitatione singillatim determinantur. Quodsi eæ etiam sic contractæ, tamen adhuc alicui prolixiores fuerint visæ, quàm ut designato pro his functionibus tempore sperato cum fructu expendi queant, is solum uni aut alteri numero, vel numeri puncto rite ponderando immoretur. Hac enim ratione rerum copia nec tædium pariet, nec fructum minuet.

